Statua,
Virtuti Meritisq;
Viri
Nuper Ampliß. & Prudentiß.
Dn. Henrici Bachmanni
Senatoris
apud Lignicienſes
Integerrimi,
à
Fautoribus & Amicis
Consecrata.

Lign. Typis Zach. Sartori.
M DC L.

VIrtutes BACHMANNE tuas Schola, Curia, Templa
Cantant, hinc tua laus nomen honosq; manent.

Honori & Memoriæ
Præceptoris quondam
optime meriti
pòst Collegæ Amicissimi
scribeb.

Daniel Herttwigk
Reip. Patr. Lig. Consul.

NOn sat erat, Scholico dixisse in pulvere pubi
χρῆσιμα, & ad laudes hanc animâsse DEI.
Non sat erat, gravidum curis subiisse theatrum
Curiæ, & in Ligio jura dedisse foro.
Ast hoc, hoc satis est, neglecto pulvere mundi
Discere in ætherea dogmata sancta Schola.
Hoc satis est, vacuam curis intrâsse DEI *arcem,*
Et Paradysiaci vivere civis agri.
Sit Tibi, Clare Senex, *in celo perpetuum ver!*
Sit BACHMANNE, *Tibi ô sit benè! sitq; Tuis!*

Memoriam piè defuncti & venerandi Senis ex debito ita
celebrat

Gottfried Eichorn.

Hein-

HEINRICUS BACHMANNUS
Anagr. elisâ aspir.
NUNC CHARUS IBI MANES.

PLurima quæ variæ sensisti fulmina sortis
Heic, Venerande Socer, vincere JOVA facit.
Dignus honor famæ longo reviresc it in ævo,
Teq; poli recreat perpetuanda Salus.
Sic, cui charus erat Candor, Pietasq; Fidesq;,
Æternâ CHARUS NUNC IBI SEDE MANES.

Dn. Socero suo æternùm Venerabil.
post superatos qvinqvennal. grabati
labores, de æternâ refocillatione
gratulatur, plenus affectu

Christianus Crumbhorn/
Pro-CoS. & Notar. Hainov.

ADdecet, officiis dignis mactare Magistrum:
Præcipuè, avulsum cùm tegit umbra solo.
Sancta anima, ut parvi, posita hæc monumenta, putèntur:
De morte assertum, Te tamen esse, volunt.
Esse immortalem, dicunt quem carmina laudant:
Si mala dissimulent, næ mihi perpes eras.

Tobias Gunther.

PUlvere, qui Scholico multos sudare per annos
Atq; rudes animos excolere haut renuit,
En nunc æternâ fruitur requie, atq; laborum
Tantorum cœlo larga didactra capit.
Hymnos qui cecinit templo, & modulaminis artem
Monstravit docti qui mihi quiq; aliis;
Is nunc Aligeros inter Pœana canentes
Fundit cunctibono cantica sancta DEO.

Cu-

Curia consilio cujus fuit usa fideli,
Quiq; SenatorI pars peramica chori;
Is nuncconsuluit melius sibi, dum sapientis
Perpetuum Ihovæ cœlica jura colit.
Expertus qui mille cruces, morboq; tenaci
Oppressus traxit langvida membra diu;
Corpore nunc cernit sano super astra Tonantem,
Vitæ & cœlestis gaudia lœtus agit.
O tua, sancte Senex, quàm permutatio felix.
Quàm tu multiplici sorte beatus ovas.
Oremus fragili mutato corpore tandem
Nos itidem cœlo sors maneat similis.

Honoris & memoriæ ergò suo quondam
Præceptori opt. merito p.
Johan. Georgius Walterus
Med. D.

POst varios morbos diuturnaq; corporis ægri
Tormina, quæ multos miserè pressere per annos
BACHMANNUM, *Lygij qvi pars spectanda Senatus,*
Nunc dimissus ovat tristi de carcere Carnis,
Perpetuò & salvus cœlesti in sede triumphat.
Felix post scopulos qvi vitæ & tristia monstra,
Percipit ante DEUM cœlestia gaudia in ævum.

Salve Sancta Anima æthereis adscripta maniplis;
Disponente DEO læta Nos mente sequemur.

Sincero affectu gratulabund
Scribebat
Michaël Hene Vratisl.
Reipub. Lign. Not.

* * *

ALIUD DE EODEM.

QVod Pueri spargendo nuces cantare solebant
Græcorum sponsis: ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.

Post mortem id cantet Christjanus in æthere lætus:
Nunc mihi gaudendum est: ἔφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον.
Per Mortem effugi, fuerant quæ noxia, terris:
Per CHRISTUM *inveni nunc quæ sunt optima cælis.*
Id quoq; nunc cantat Cantor BACHMANNUS in ævum.
Qui decies septem quinq; & transegit ut annos,
Post quinquennales morbos & tormina sæva,
Adventu CHRISTI sacro pervenit ad astra,
Ante DEI & faciem gaudet susceptus olympo.
De quo Ipsi meritò gratamur pectore toto
Optantes similem post fata suprema triumphum.

Id. qui suprà.

ME miserum dum morbus edit, longâq; necando
Morte dolor torquet, quam benè disco mori!
Quam cupidus cœlum votis & sidera posco!
Quam mihi præ terris cœlica vita placet!
Scilicet ipse mei video monumenta superstes
Funeris, & vitæ nomen inane mihi est.
Mens tamen haut simili cadit exanimata ruina
Sed viget, augustâ spe superante necem:
Certa satis vitæ, quam non spirabilis auræ
Ventus & admissus faucibus aër alit.
Interius penitùs latet illa recondita fibris,
Nota sibi, Soli deniq; nota DEO.
Quin latet illa DEO: DEUS *est illa ipsa, suisq;*
Insinuat sese rite prehensa fide.
Vita fides animæ, quæ CHRISTO *innixa perennat.*
Et necis horribiles effugit una manûs.
Hæc me seminecem tristi formidine mortis
Liberat: hæc obitum non sinit esse gravem.
Nil moror: ægra cinis sibi vindicet ossa sepulcri,
Et veniat sub humo vermibus esca cutis.

Post obitum melior dabitur mihi vita: Necessum est
Vivere, qui CHRISTI *vivit obitq́ fide.*

Valentinus Reimanus.

HEINRICUS BACHMANUS 1369
In Cab. Δ.
Mortales moribundus
alloquitur:
SURSUM IN AGONE! 1369

* * *

AH sursum specta crucifixi vulnera mecum,
Hæc in agone mihi suntq́ medela piis.

MEin Mensch / schaw über dir mit mir deß HErren Wunde /
Die an deß Creutzes Stamm' Er hat vor unß empfunden /
Die sind in Todeßnoth mein' Artzney und mein theil /
Und aller Gläubigen geschencktes gnaden Heil.

In beatè defuncti Dn. Cognati
memoriam scrib.

Balthasar Hildebrandi.

Cum terminabat curriculum suum,
quod annuatim perficit, aureus
Diespiter, convictus armis
Mortis, ad ultima fata vicit,
Qui, quam fidelis munere functus est,
(quod Ligiorum Curia contulit
ipsi) suos vitæ per annos
quos anima ista domus Iehovæ
Tandem peregit; nec sine luctibus,
Ipsam premebat trux Apoplexia,
& sæviens Morbona, quinq́
(tempora longa satis!) per annos,
Adhæc senectæ morbiferæ tulit,
qvas usq́ svevit ferre, molestias
Et difficultates, ut ipse
septuaginta peregit, & quod
Excedit, annos. Ast ubi transijt
Illuc, nec ullis unde revertere
datum, minus sortem dolemus
set magis; ut veteres solebant
Thraces, ovamus. Gens veterum Thracum
immane quantum gestijt, ut fuit
qui nuncium mittebat orbi
Terricolum, magis expetitas
Terras anhelans; nos simili modo,
quod læta valde puraq́ nubium
frons indicat, gaudemus omnes,
quam pote, letitias; Nec absre.
Quem subjugavit Lex adamantina
mortis frequentat cælica culmina,
quæ dant abundantes ovatus,
quos homo non animo prehendit,
Nec vos profatur. Nos apud, ut fuit
Qui nunc adivit limina Cælitum,
suo DEO scite sonora
voce sacrum cecinit Melisma:
Nunc finis expers succinit Angelis,
& laudat alta voce suum DEUM,
letatur, exultat, beatur
perpetuante hominum salute.
Quare vicissim robora sumimus,
quos iste casus mortifer afficit
Curis nec unis, & dolore
Non opus est doluisse multum
Fato peremtum. Quid quod & interest
huic, nec quid usus, ut lacrumaverim?
Frustraneæ luctus querelæ,
quæ revocare valent nec ullum
Quem Nex necarit. quã bonº hic Vir est
cui quod Pronææ Terrigenum placet
non displicet; sed totus usq;
nil remorans, sequitur Jehovã.

Venerando suo cognato ultimum hoc f. VVittenbergæ

Gottfried Baudisius L. L. Stud.

DEr / so viel Jahr daher mit trewem fleis gezeiget
Der Jugend seine Kunst / Ihr' Hertzen wol gebeuget
Zu Weißheit und Musick / zu werther Sinnen lust /
Von welcher Tugend Pracht Ihr viel gar nichts gewust.
Der auch mit grosser Müh sehr trewlich mich gelehret
Der Künste hohe zier; Ja täglich hat vermehret
An mir der Tugend-Lob / der Weißheit werthe pracht
Und alle Schüller Zucht gehalten wol in acht.
Der / so bey sawrem Schweiß und außgestandnen Sorgen
Ja unser Schul allhier gehabt hat alle Morgen
Ein newes Ohren weh / von seiner Schüller schaar /
Das vielen unter unß gewest ist offenbar;
Den auch der Weißheit Schlos hernachmahls mehr erhaben
Ins Rahtes Ehren-Hauß / da Er mit seinen gaben
Und klugen Raths-Verstand sehr vielen hat genützt /
Und Ihr bekümmert Hertz mit Rath und that gestützt.
Der ist verblasset nun; Ach hört Ihr Pindus awen!
Wir mussen itzt allhier den Leib entseelet schawen /
Dem lange Zeit daher die Glieder ihre pflicht
Und Ambt / wie sie gesolt / mit schlechtem fleis verricht.

Nun

Nun wol und jmmer wol / Ihr seid nun eingekehret
Herr BACHMAN / in den Port/dahin Ihr längst begehret /
Ihr seyd nun außgespant auß ewrem Creutzes-Joch /
Da wir im Kummer-Meer und Trübsal leben noch.
Itz in dem Himmels-Chor last ewre Stimme klingen /
Vnd mit der Engel-Schaar viel Frewden-Lieder singen
Itzt könt Ihr frölich sein / vergessen alles Leidt
Weil Ihr bey GOTT nun lebt in stoltzer Ewigkeit.

Auffgesetzt und übergeben auß schuldigem Mitleiden von

Theophilo Walthern
der Heil. Schrifft Ergebenen.

POst tantos casus, post tot discrimina vitæ
Pausa mali tandem Te, Venerande, capit.
Gratulor, immensum Te nunc superâsse plagis
Æquor, & æthereis velificâsse laborum
Iam Tibi terra levis, quem tot pressere dolores,
Felleq; gustato cœlica mella placent.

DANIEL BAUDIS. Lign. Ludi Duc. alumn.

ET puer ipsus
Carmina poscor?
Carmina sancto
digna Parente,
emeritoq;
debita Conso.
Sum puer, & nunc
carminis impos,
nec queo, quamvis
carmina poscar,
carmina sancto
digna Parente,
emeritoq;
debita conso.
Quid tamen obstat,
Quin puerili
Pectine promam,
quin levidenso
carmine signem
pectora, Sancto
digna Parente,
emeritoq;
debita conso?
O Pater, ô mi
multiplicato
nominis usu
devenerande;
Quàm malè nuper
mille labores,
mille dolores
inter habebas;
tàm benè nunc pòst
Mille laborum,
mille dolorum
Damna quiescis.
Quanta misellum
nuper omisit
cura salutis;
tanta receptat
ter benedictum
terq; beatum
perpetuantis
cura salutis.
O Pater, ô mi
Ter benedicte,
Terq; beate!

GOTTFRIED BAUDIS Junior.

MEMORIÆ
Amplissimi & Spectatissimi Viri
DN. HENRICI BACHMANNI,
Senatoris Reipublicæ Lignicensis Gravissimi.

FOrtunate Senex, olim Patris instar amate,
Essem defuncto cum tibi cura Patre.
Quæ tibi pro meritis persolvam Iusta superstes?
Dextra vale dicens est ut in ære mea.
Mortuus in memori nunquam non pectore nostro
Sub tumuli tenebris intumulatus eris:
Funera deflerem tua: flere sed ipse vetares,
Si mihi responsi posthuma verba dares.
Mors medicina tibi tot post incommoda vitæ
Largita est animi vota suprema tui.
Cur te non summè dicam, Bachmanne, *beatum?*
Exuit humanis quem Libitina malis.
Nunc æterna capis cælestis gaudia vitæ,
Despiciens nostras altius inde vices.
Tu frueris Patria, nos hospita terra fatigat,
Te lux alma poli, nos habet umbra soli.
Pacis facta fuit spes hactenus ampla, sit orbi
Teutonico faxit pax ea fida DEVS.
Felix, quem cæli tecum modò pace potitum
Subdola pax mundi fallere nulla potest.

Nicolaus Ludovicus.

* * *

SO langes Leben ist / nur lang gequelet werden/
Wer wolt jhm wüntschen doch zu leben lang auff erden?
Nun ist es anders nicht/so bald man nur die Welt
Hat angeblickt/alßbald daß Weinen sich einstellt.
Diß ist die erste Stimm/damit wir stracks begrüssen
Die unsrigen. Wann wir nun mehr und mehr geniessen
Deß Lebens/daß wir sind erwachsen etwas groß /
Hilff GOTT was haben wir für mancherley anstoß!
Was ist für für Sorg und Müh der Eltern/biß wir können
Mit dem was wir gelernt selbst unser Brod gewinnen
Durch Gottes Segen/und durch seine milde Hand /
Der jedem theilet zu sein Ambt/Beruff und Stand.

Tris

Tritt nun das Alter an; Wie vielerley ſchwachheiten/
Schmertz/Kreiſſen/und beſchwerd hat man auff allen ſeiten/
Biß der Elenden troſt / und angenehme Both
Deß Jammers Ende/uns der Todt erlöſt auß noth!
Was dieſes Leben ſey / hat in der that erfahren
Herr BACHMAN beydes in der Jugend und den Jahren
Deß hohen Alters / biß Er war von GOTT verſetzt
Dahin / wo nimmermehr kein Auge wird genetzt.
So bald Er hatte nur erreicht durch GOTTES gaben
Kunſt und Geſchickligkeit / die Lehrer ſollen haben /
Wurd jhm gebürdet auff die ſchwere Schul arbeit/
Und Cantorey / darbey Er zubracht lange Zeit/
Wol Zwey und Viertzig Jahr. Was diß für ſüſſes Leben
Sey / kan man gleuben leicht. Wer thut ſich gern wol geben
In dieſen Stand? Dehn man noch wol geringer hält
Alß alles was nur kan veracht ſein in der Welt.
Nach dem Jhn aber hub zu einem Höhern Stande
GOTT / der den Niedrigen erhöht / war Krieg im Lande /
Da einem Rathßman nicht halff Klugheit und Verſtand /
Der Landßknecht that was Er nur wolt' und gut befand.
Deß andern ungemachs wil Ich jetzt gerne ſchweigen/
Das gröſte / das Er je gehabt / that ſich eräugen
Im alter etlich Jahr/ die Er gantz Lagerhafft
Geweſen/biß in Jhm nicht mehr war Lebens krafft.
Natürlich iſt es nun und billich/das mit ſchmertzen
Den Anverwandten zwar geh dieſer Todt zu Hertzen/
So bald Sie aber recht bedencken was es ſey
Nach langem Siechen dermaleins ſein worden frey /
Und in der Ewigkeit genieſſen ſolcher frewde
Die ewigwehrend iſt; Wird leichtlich allem Leide
Geholffen ſein / das Sie mehr werden dancken GOTT/
Alß wüntſchen/das ſo bald nicht wer' erfolgt der todt.
O Seelig welche ſind der Trübſal ſo entgangen /
Die viel noch hat umbringt/und unverhofft umbfangen
Möcht bey verhofften Fried nach viel / die ſicher ſein/
Und trawen allzuſehr der gutten Worte ſchein!

Wer wolte Euch doch nicht/ Herr BACHMAN hertzlich gönnen/
Was offt viel Menſchen nicht durch wüntſchen haben können:
Ihr ſeyd ſehr wol daran; Wol dem der ſo beſchleuſt
Sein Leben / und mit Euch deß Himmels bald geneuſt!

auffgeſetzt von
N. L.

QUod mortale fuit, luſtris ter quinq; peractis
Terra tegit, gelidas corporis exuvias
BACHMANNI ſenio magni meritisq;, VALENTE
Myſta Lignicij qui patre natus erat.
Contigit huic præſtans CRENTZHEMIA ſanguine MATER,
Fida viro, Summi munus amorq; DEI;
Infanti ſed quam rapuit prætriſte, tenello
Mortis, quo non eſt durius, ingenium,
Proxima poſt luſtri ſpacium vix venerat æſtas,
Cum Genitor ſoboli deficit ipſe ſuæ.
Orbus avi calido crevit complexus amore;
Namq; ſuos Numen deſtituiſſe nequit.
Inde puer librisq; ſcholæq; ſacratus, amicis
Excoluit felix artibus ingenium.
Hinc medicam ſitiens artem pervenit Avorum
Sumtibus in gremium Leucoris alma tuum.
Ecce ſed URSINUS priſco de ſtemmate PRINCEPS
Románâq; ſimul nobilitate potens,
Bojorum pingues qua Molda ſonora per agros
Serpit, Evangelij ſacra fovere parat.
Huc TE BAUDISII PASTORIS traxit amore,
O SOCER, ad ludi penſa choriq; DEUS.
Quinq; tamen meſſes poſt te tua patria gaudet
VIRGINIS harmonicos ÆDE ſonare modos.
Nondum plena ſuum ſpatium Trieteris habebat,
PAULINI regeres cum pia ſacra CHORI.
Heic tibi coſta datur LUDOVICIA gentis honeſtæ
NICOLEIQ. decens Nata MARIA PATRIS.
Hæc novies fecit lœtum te prole parentem;
Una tibi ſed vix Nata ſuperſtes agit,
Quæ mihi bis quatuor gratiſſima pignora mater
Edidit, Attalicis anteferenda bonis.
Sœpe tuos repeto mecum, CELEBRANDE, labores
O SOCER, officij tempora longa tui.
Meſſibus, hei ſpacium! qui quadraginta duabus
Juviſti pueros, non ſine laude, rudes.

Dicite quot curis, quantis ſudoribus acta
Sit res inq; choro, pulveribusq; Scholæ?
Eſt aliquid validis tranſire per æquora remis,
Eſt aliquid forti bella movere manu.
Militiæ ſuperat dubios, pontiq; labores,
Congenitum puero ſolvere corde malum.
Jamq; fidem Curasq; tuas BACHMANNE loquuntur
Magni, me Genero geſta tacente, Viri,
Quos aulæ ſublime decus, quos Curia jactat,
Quos ſacra templa fovent, quosq; Lycæa colunt.
ILLUSTRI tandem juſſu Civile SENATOR
Munus obis, Canis Conſilioq; Senex.
Donec morborum vis efferа, viſcera multis
Singula corriperet conficeretq; modis.
Salve Sancte Socer, poſt tot certamina Victor,
Inter & ætherios portio pulchra chores.
Accipe quas fido tibi jam de pectore reddo
Supremas Famæ non morientis opes.
Ut quæ ſœva feros conſumunt fata Tyrannos,
In te jam doleant juris habere nihil.
Polliceor ſummas tanto pro munere grates,
Sublimes animæ corcula grata DEO.
Officio ſiquidem veſtro BACHMANNUS odoras
Heic violas inter Conditur atq; roſas.

Ita beatos beati Dn. Soceri manes
debitæ Piet. e. ornare volui, debui.

SEBAST. ALISCHERUS. P. L. C.
Min. Lign. P. Paul.

DEr Höchſte der Euch hat auß ſehr viel Angſt geführet/
Und nun der Seele nach mit Ewigkeit gezieret;
Gönn auch dem Leibe Rhue/ und helffe das auff Erden
Das Lob das Ihr verdient/ ſtets mög erhalten werden.

Seinem Sehl. H. Groß vater zum
Gedächtnüß
Henrich Aliſcher.

AD TUMULUM
VENERANDI
SENIS
HENRICI BACHMANNI
Senatoris Ligij,
VIRI
INTEGERRIMI
&
LAUDATISSIMI
PARENTALES
Amicorum Gratulantium
EXEQUIÆ.

LIGN. TYPIS ZACH. SARTORI.

Ità posset piè De-
functus Loqui:
VIR
NOBIL. Amplis. Prudentis.
Reipubl. LIGNIC. Senat.
Dominus

* * *

HEINERICUS BACHMANNUS
Anagram:
MENS NUNC ABIS è CURIA.

* * *

HENERICUS BACHMANNUS
Anagram:
MENS NUNC ABIS è CURA.

* * *

CURIA CURA gravis: MENS ast curante JEHOVA,
NUNC E CURIA ABIS, Curia, cura Vale.

Theophilus Feigius
Superintend. Administrat.

TUMULUS HONORAR.

EUSEBIÆ *situs est* AMOR *hâc* BACHMANNUS *in urnâ:*
Cui niveum pectus famaq; pura fuit.
Perpessus varios longo luctamine morbos:
Nil solido CHRISTI *duxit amore prius.*
Hinc tenet in supera Sanctorum sede brabeon:
In terris famam docta Corona canit.
O sanctas animas! quas tandem cælica sedes,
Vivida & in terris fama decusq; manet!

Ultimum Vale
Honorando Dn. Compatri & Adfini,
Amico à multis ann. constant.
d. facieb.

Caspar Keseler
Ill. Consistorii Adsessor
& Past. Marian. Lign.

AD DEFUNCT.

ME quoq; fas, Venerande Senex, BACHMANE, litare
Mánibus, & Cineri ferre suprema Tuo.
Postulat hoc Tuus ille favor, meret optima VIRTUS;
Poscit ALISCHERIDES, & meret, Ille meus.
Sed qvónam sanctos mactabo Carmine Manes?
Non opus est lacrymis ad Tua busta meis.
Tu Tua vidisti longævæ fata senectæ,
Qvæ vix centenus qvisq; videre potest.
Qvot stadiodromicos vicisti fortis agónas,
Qvos primùm Schola, qvos Curia deìnde dedit!
Factus onus lecti tandem, morbiq; palæstra,
Et vivum qvoddam funus, & Umbra Tui.
Jam vitæ Mundiq; satur, fessusq; laborum,
Optásti placidâ posse qviete frui.
Qvis non gratetur Tibi Niceteria? Tumbam
Qvis cupiat lacrymis dedecorare Tuam?
Ergo mihi SALVE, Ligiorum NESTOR, HAVEQ;
SALVE, chare SENEX, perpetuumq; VALE!

Qvæq;

Quæq; Tuo, vili qvantumvis Carmine, dico,
Pro meritis, Cineri verba ſuprema, CAPE.

Exig. H. MON.
grata Memor. E.
P.

M. Ad. Thebeſius
Eccl. Lig. P-Paul. Paſtor
& Conſiſtorialis.

Beatis Manibus
DN. HENRICI BACHMANNI.

TOt deſunctorum colluxit millia CANTOR
BACHMANNUS, priscâ factus gravitate SENATOR:
Totq; annis ægro detentus corpore morbis,
Nunc gelida requiescit humo, gelidum ipse cadaver,
Mortuus ac totâ meritò lugetur ab urbe.
Publica ſi ſpectes, temploq;, Scholæq;, foroq;,
Utilis, & totâ meritis ſat clarus in urbe.
Ut jaceat vili telluris ceſpite tectus,
Mens tamen æternas decantat in æthere laudes,
Juncta choro Superum, morborum & criminis expers.
Da placidè nos CHRISTE ſequi, da vivere rectè,
Atq; piè tandem exoptato fine potiri.

Andreas Celichius Eccl.
Luben. P. & Diœc. Dec.

B. DOMINUS
HEINRICUS BACHMANUS
per anagr.
AB HINC ES NUMINE CHARUS.

FOrtuna lusus, mundiq; καθάρμα fuiſti
Hactenus, egregie o Vir, ſat in orbe diu;

Sed nunc ereptus tandem es, Ducè *Numine* JESU
Omnibus his tantis, morte vehente, malis;
Es charus factus cælo, ſuperisq; DEOq;, &c,
perpes *abhinc* talis *charus* amicus eris.
Salve *chare* DEO, cœli nove, ô incola Salve!
Rursus ave! donec tè ſequar ipſe brevi.

Ultimi honoris & amoris ergò adj.

Joh. Bleuel.

BACHMANNUS Virtutis apex, decus Artis, & Urbis,
Muneris & ſenij non-leve geſſit onus:
Is Ludi quondam Collega, Chorig; Melarches,
Curator Templi, deinde Senator erat:
Poſt tot curarum, Senij, crucis atq; laborum
Myriades, tandem tam grave ponit onus:
Gaudet ſorte novâ Senior, gratantur Amici,
Sed lugent Ludus, Curia, templa, Chorus.

Corp. & Animi æger deproper.

Geogius Thebeſius.

Ergò ſat noſter crucis atq; ſævi
Torminis paſſus Senior, laborum
Tractus afflicto satis implicatus
Currus Amico.

Deſiit triſtis facies, flagellum,
Corpus & mentē qvatiens, minarū
ponit horrores, tragicoq; dictum eſt,
Plaudite, ludo.

Blanditus tetras hyemes nivesq;
Excipit cœlum, pluvias Apollo,
& perennantis nota læta Veris
Venit hirundo.

Nūc qvieſcendū eſt, revocāda virtꝰ,
heu! nimis longo lacerata morbo,
Nunc coronatis pia mens triumphis
Lætior inſtat.

Scilicet vile hoc miſerumq; carnis
pallium tantis agitur periclis,
Liberas gaudijs animas onuſtum
poſſidet æther.

Et DEus durâ nimium fideles
Svevit exercere suos palæſtrâ
ponat ut pugnâ fidei probatos
claſſe supremâ.

Clara KRENTZHEMI soboles
Beati,
Gẽtis õnostræ veẽrabile astrũ,
Ut Tibi sortem, lepidamq; cœli
Gratulor aulam.

Ut Tuæ perpes memorator urnæ
Ut Tuæ carmen superaddo tumbæ:
BACHMANNus vitæ satur atq;
honorum.
Conditus heic est.

Seni opt. etiam post fata venerando,
Dn. Consobrino suo ut Patri f.

Laurentius Baudisius
Lignic. in Illustr. JOHANNEO Verbi Div. Minister.

VIta quid est hominis? Verè nisi Lerna malorum,
Perpetuusq; labor, mœsta querela, dolor.
Sic est, ut multos Bachmanni vita perannos
Id probat, heu! cujus plena doloris erat.
Hunc nobis tandem minitantia fata tulerunt,
Curia quem ligiá luget in Urbe virum.
Sed melior sedes illum suscepit olympi;
Nullus ubi mœror vexat acerbus eum.
Illic perpetuæ sentit quoq; gaudia vitæ,
Ætherea dignus sede, sinuq; DEI.

solatij ergò fac.

TobIas BarthIsIVs In saCrâ pVræ VIrgInIs ECCLesIâ VerVs atq; Vè sInCerVs LIgnICII MInIster.

CL. Dn. Alischero Compatri & Collegæ dil.

N*On Tibi de duro, suavissime Compater, ausim,*
Cœlitus imposito, dicere plura jugo.
Quis nescit, puros Tibi qvantum infecerit Auster
Fontes, *in Soceri clade graviq; Malo?*
Nunc transibit Hyems, jam-nunc Crucis algor & Imber;
Sic spes sat longo tempore, vana fuit.
Sed tamen Omnipotens tantis dedit ipse flagellis
Finem, & sic miseri tristia Fata Senis,
Vestraq;, participes qvæ vos fecêre dolorum,
Lætitiæ in faciem vertere constituit.
Nam prius adfixi lecto, nunc Morte soluti,
Sors Soceri est, nullas posse timere vices:
Tuq; tuum triste & longum, Salveq; Valeq;,
Singultante, Gener, desinis ore loqui.
Gratulor ex animo, ac hilares inducere vultus
Te jubeo, fieri quod DEus ipse jubet.
U*tere nunc tandem melioris imagine Sortis;*
Hanc DEus in longas det Tibi Olympiadas.

Solatij causa paucula hæc offert

Petrus Thebesius
Eccles. Lign. Marianæ Minister.

DEsine concepti, soboles charissima, Luctus;
Nec cineres lachrumis perge rigare meos.
RIvus eram spissi fluitans cum semine morbi:
VIR crucis adversæ pondere pressus eram.
Nunc nova possessis surgit mutatio Cœlis.
VIR sum Lœtitiæ qui miser ante fui.
RIvus ab æterni deducor fonte Sionis;
Cor ubi nectareis Te recreabis aquis.

Hæc

Hæc recolas altâ Soboles charissima Mente!
Sic, quam fudisti, lacruma, Risus erit.

M. Iohannes Cutschreiterus
Verbi divini Johan. Minister.

RIvulus Herculei Tua quod quasi membra laboris
Sudor mundârit, fat Chorus, atq; Schola,
Judiciale Forum, testatur & ægra Senectus
Vires enervans, eliciensq; Viri.
Unâ sed pectus cûm Rivi Fonte rigârit
CHRISTUS Sangvinei salvificante Tuum,
Hauris jam Rivos Cælo, Bachmanne, perennes,
Qui sine fine fluunt, & sine felle Mero.

Christoph: Profius Eccl:
Lubenens. Archi-Diac.

POst exantlatos multos, variosq; labores,
BACHMANNUS vitæ lumina linquit ovans.
Scilicet ad metam pervenit; liber ab omni
Curâ, perpetuûm gaudet in arce poli.
Vos BACHMANNIADES lacrumas cur funditis ergo?
Heîc dolor est, & nos mille pericla manent.
Præmia sed cæli BACHMANNUS percipit Annon
Optato ille Senex fine reliquit humum?

M. Iacobus Preibisius p. t.
Wartensis & Tillendorfianæ
Ecclesiarum Pastor.

BACHMANNE indomiti quem sæva potentia morbi
Fregit, morte piâ lætus ad astra redis.

Non

Non tibi per somnum, sed multa per aspera cælum,
Quæq; manent cælos gaudia vera patent.
Nullus uti fluctus poterit numerare marinos,
Nullus ut arboreas fronde virente comas:
Sic tua nec noster dicet dæcrimina versus;
Aptus qui ferres talia solus eras.
Euge malis tandem BACHMANNE erepte periclis,
Et simul ætherijs associate choris.
Multa quidem senium tibi tormina triste creavit,
Plura tamen cæli præmia in arce tenes:
Felix, qui tandem tranquillâ morte solutus
Ingrederis DOMINI gaudia blanda tui.

Christoph: Neubarth/
Pastor in Holtzkirche.

HENRICUS BACHMANNUS
per Anagr.
NUNC MANEBIS CHARUS.

POst exantlatas Templiq;, Scholæq;, Foriq;
Partes, [quas gravis est sustinuisse labor,]
Ad cæli requiem migras sedesq; beatas,
Mulcet ubi charas aura beata animas.
O Vir chare DEO, CHARUS NUNC ipse MANEBIS,
Nam nunc Angelicis associare choris.
Ergò nunc gaude morbis Senioq; solutus,
Et dic chare Tuo cantica chara DEO.

* * *

WEr sich umb Kirchen/ Schul/ und Rathhauß wol verhalten/
Und seines Ambtes pflicht wie Moses/ thun verwalten/
Der lest ein solches Lob nach Jhm inn dieser Welt/
Das drüber/ wo mir recht/ nicht werden kan gefelt.

Denn

Denn deß Gerechten wird ja nimmermehr vergessen:
Drumb weil / wie kundbar ist / inn solcher Ehr gesessen
Herr Bachman/ der numehr nach vieler schmertzens noth/
Durch einen sanfften schlaff gelangt zu seinem GOTT /
So wird zur danckbarkeit dieß Lob auch Jhm gegeben/
Daß Er gewesen sey inn seinem gantzen Leben/
From/ Trewe/ mühsam und geliebt von Jederman/
Der wieder billigkeit niemanden Leid gethan.
O grosses Ehren Lob! Nun ist Er wol ankommen
Herr Bachman/ weil Jhn GOTT hat aller angst entnommen/
Und zu der Ruh gebracht. Vor sein sehr grosses Leid/
Geneust Er ewiglich Fried/ Wonn und Hertzens-Freud.

In condol. & deb. gratitud. testim.
erga honoratiß. quond. suum Dn.
Præcept. ultimo honori addeb.

Johan. Mörlinus Lyg. Sil.
Eccl. Lubens. Diaconus.

BAchmannum lecti pondus, Seniiq; coronam,
Sustulit optata dextera morte DEI.
Salve Sancte Senex, duro qui carcere liber,
Quindena egrederis major olympiade.
Terra tuos foveat cineres, dum summa dierum,
Junget in ætheriis pectora nostra locis.

Martinus Scholtz
Pastor in Lyß.

Βιολογία.
Dn. Henrico Bachmanno, Senat. Lign.
beatè Defuncto.

QUi Pietate pium referebat ritè Tobiam;
Qui fuit Aönijs, Æschylus alter, agris;
Quiq; Senatoris sistebat Honore Metellum;
Qui πολυθεκνία clarus, ut Isacides;
Qui Constans Athleta DEI, μεγοπιςος ut Abram;
Quiq; Bethesdæâ tabe peresus erat;
Qui fuit in morbo patiens, ceu mitis Jobus;
Qui prece, Davidis more, petebat opem;
Qui fuit Anchisæ similis, cui flamma pepercit:
Qui Viduus, Vitâ cœlibe, Turtur erat;
Quiq; Senex tremulos æquabat Nestoris annos;
Quiq; suum ingemuit: Dissolvi cupio;
Is moritur. Musæ, lugubri carmine planctum
Edite; vos Charites, imbre rigate genas.
Dicite: Nunc Gravitas, Probitas, Patientia, Candor,
Cum Virtute Fides, Spes Pietate, Jacet.

In Fano honestiß: μνημοσύνης erecta,
ab
Anthonio Wathsio.
Ecclesiast: in Hochkirche.

HOc est sisyphios tandem finisse labores,
Nomen & emeriti deposuisse Viri.
Millia Natorum varij formasse parentis,
Est centena mali millia multa pati.
Octo cum pariunt, patiuntur & octo; sed harum,
Unus mille cruces instituendo capit.
Permirum gaudent enixæ pignora matres,
Ac textus formam, quâ capiuntur, amant;
Horrendum verò latitans sub pectore monstrum,
MENS Pueri, innumeris obruta tota malis,
Mittitur infrenis misero frenanda Magistro,
Qui vitæ pausas irrequietus agit.

 Insi-

Insimul & Rabulæ rixas strepitusq; forenses,
Et placidâ Actorem ferreq; mente Reum,
Elapsosq; dies, frigescentemq; senectam,
Dic quæso cupiant omnia nonne Virum?
Ergo fatigato tibi mors nunc claudit ocellos,
Et finit vitæ tempora fixa tuæ.
I venerande Senex; nostros miserata labores
Fata dabunt tandem fata beata sequi!

L. M. Q. *Collegæ olim*

M. Martinus Rothman

P. L. C. Scholæ Duc. Joh. R.

EPITAPHIUM.

Tu subsiste parum, qui transis, quæso, Viator,
Et lege pauxillis, quem tegat iste Lapis.
Hic jacet HENRICUS BACHMANUS, *in Urbe Lygêâ*
Deq; Scholâ atq; Foro Vir satis emeritus.
Hocce jacente jacet Senij Splendor, Decor Artis,
Integritatis Amor, Relligionis Honor.
His intellectis & lectis rursus abito,
Et sic duce simul vivere disce sequi.

Dn. Consangvineo & Præceptori suo quondam honoratissimo tale collugens erigere voluit monimen.

Gothofredus Hofmanus

Ecclesiæ Ravicensis in Poloniâ Diaconus.

Sonnet.

Wahr ists / ein grauer Kopff / so sich bey Ehren findet
Ziehrt seiner Freunde Stam / und kan ein Zeichen sein /
Daß dar / wo solcher ist / gewieß gezogen ein
Deß Höchsten Schutz und Schirm / wie unß in dem begründet
Herr BACHMAN / welchen zwar die Hand deß Höchsten bindet /
Daß Er zu Bette liegt biß in das Fünffte Jahr /
Doch nie mit Schutz verleßt. Denn da gleich die Gefahr
Deß jüngsten Brandes hier umb Jhn sich heuffig windet /
So muß sein Hauß davon dennoch befreiet sein /
Ob gleich deß Nachbars Dach brennt forn und hinten ein.
Jetzt da im Grabe nun sein siecher Leib verstirbet
Verleßt Er hinter sich / daß sein bereifftes Haar
Der Freundschafft eine Ziehr und guttes Zeichen war.
Wohl dem / der so wie Er / Alt und mit Ehren stirbet!

Caspar Keseler

Pfarrer zum Großtinz.

Cum CHRISTI in carnem justo feriamur honore,
Ad nos *Adventum*, turba dicata DEO.
BACHMANNUS per lustra decem post sponte peractas
Qvas Schola ei partes, *Curia* qvasq; dedit,
Et post exhaustas per Messes qvinq; dolorum
In luctu luctas, sic statuente DEO.
Adventum ad CHRISTUM meditatâ mente celebrat,
Pascendamq; animam cælica in arce sacrat.
Nempe satur vitæ placida ceu morte potitur *Gen. 35.*
Incola Mamreæ sedis & hospes agri *v. 29.*
Cum sibi per totam peperisset tædia vitam,
Triste laboris opus, triste doloris onus.
Non secus hic noster duris, ita victus: ut ictus,
Spretus abit terris, astraq; lœtus adit.
Hujus ut exquias decorem nunc funeris, inter
Nos pia vincla monent, conscia pacta jubent.
In Lygij reliquos dum juvit uterq; docentes,
Felici in studiis & Pietate Schola.

Offi-

Officium ut fieret, nec viribus æqvior ulla
Materies visa hac quæ capienda meis.
BACHMANNI memorem si post pia funera famam,
Is memorem famam, nam bene gessit, habet.
Ærumnas animo patiente tulisse? Salutem
Qvantam animæ tulit, & commoda qvanta Viro!
Deplorem mortem? Christi non morte parata
VITA Seni? & Mors hæc non nisi dulce lucrum?
Dicam post obitum supremaq; fata beatum
Vox hæc à libris non aliena sacris,
Mortuus in Domino namq; est, ut vixit eidem,
Mansurus Domini tempus in omne sui.
O moriamur! & haud alia spe dura levemus!
Hîc qvibus atq; illîc hospita terra scatet.
Hasq; animas tibi CHRISTE fide indubitante sacremus
Corpora linqventes contumulanda solo.
Ventum ad supremum est, nec enim meliora seqventur
Donec ad Adventum Maxime Christe tuum.

Iohannes Haidorn
Patriæ Scholæ R. An. ætatis 66.

HENRICUS BACHMANNUS,
per duplex Anagr.
Habens Annum Crucis: Nunc charus manebis.

HAbens *fuisti, Vir Beate cum DEO,*
Præceptor olim, tum Pater dignissime,
Annum *doloris &* Crucis *longissimum,*
Qui secularem Quinquiès Annum facit,
Ex quo cubili fixus immotus jaces,
Langvore morbi fractus heu! lentissimi,
Et cum canendis laudibus Celsissimi
Jovæ peritè cæteris praiveris
Rector Chororum Musicorum strenuus;

Post-

Posthàc Senator Patriæ gravissimus
Factus Supremo sic volente Numine:
Nunc Charus *inter Angelorum Musicos*
Cantor Manebis *in Choro Cœlestium*
Laudes perennes jugiter canens DEI;
Quin imò Clarus Nunc *Senator in Foro*
Summo Manebis *Curiæ celsissima*
Secreta scrutans TRINITATIS entheæ.

Christophorus Ufland
ad D. Virginis Cantor.

BACHMANNO Mors læta seni morbisq; gravato
Reddidit innumeris libera colla malis;
Ut qui decurso jam tramite rite Viator
Langvida defesso membra sopore fovet,
Ossa suo commissa solo Vir sancte quiescant,
Spiritus ætheriis gaudeat inq; locis.

Samuel Ramphius Scholæ
Lign. Collega.

QUi *cupit optatam vitæ contingere metam:*
Exactâ vitâ, regna videre Poli.
Nil curat mundum: curat nil gaudia mundi:
Quâ queat, invigilat, dote placere DEO.
Talis erat Bachmann, *scandit qui nuper Olympum:*
Naturæ solvens debita justa suæ.
Est, ubi jam spernit duros sine labe labores:
Est, ubi sancta cohors carmina mille canit.
Interea molli corpus tellure quiescat,
Mens ovat æternis associata choris.

Martinus Ulricus
Collega Schol. Senat.

Bach-

BACHMANUS vitæ ſeras quod finiit horas;
Nec nova res, luctu nec tamen illa caret.
Concipit hinc luctum plangens Respublica Civem
Emeritum, ex meritis cui dare grata nequit.
Quot largas Animo, quot geſſit corpore dotes:
Tot causſas Urbs hæc mœſta doloris habet.
Non quovis etenim tales naſcuntur in Anno,
Nec fulget tali lumine quæq; domus.
Sic facit inferias Gener, & cum Conjuge pullis
Veſtibus incedit, luget & ipsa domus.
Sed tamen eſt modus in luctu. Sat vixit in Orbe,
Sat patriæ vixit, ſat domuiq; ſuæ.
Tempus erit, cum poſt hæc triſtia funera, rurſum
BACHMANNO vitæ reddet agalma DEUS.

Debitæ observantiæ & honoris ergò ſcrib.

Adamus Thebeſius
Junior.